

Deo naturæ hominem præducere non possit, absolute, & nulla facta suppositione, concedo Majorum: per accidens, & facta aliqua suppositione, nego Majorum: & concessa Minori, distinguo Consequens distinctione Majoris. Sensus distinctionis est, quod quævis Deus, ut auctor nature, subindeque naturæ supernaturali, possit, absolute loquendo, & nulla facta suppositione, tribuere homini auxilia necessaria ad observantiam legis nature, sicut de facto pluribus concessisset, si hominem in statu nature puræ condidisset: ex suppositione tamen quod natura humana sit elevata ad statum supernaturalem (in quo statu observantia legis naturalis includit indirecte observantiam legis etiam supernaturalis, ut articulo precedenti conclus. 5. declaravimus) non est opus quod Deus, præcise ut auctor nature, possit tribuere omnia auxilia, ad legis naturalis observantiam necessaria, sed sufficit quod id possit præstare, vel ut auctor nature, vel ut auctor supernaturalis; præsertim quia supposita elevatione nature humane ad statum & finem supernaturalem, Deus etiam ut auctor supernaturalis, indirecte præcipit homini observantiam legis naturalis, cum hæc ad supernaturalem, ut ad finem & consummationem, ordinatur.

§. IV.

Sententia Vasquez resellitur, & qua gratia ad totam legem nature observandam necessaria sit, declaratur.

Dico secundo: Ad totius legis nature observantiam necessaria est in homine lapsio gratia habitualis, non solum consequenter, & ex parte termini, sed etiam antecedenter, & ex parte principii.

265 Prima pars probatur primo ex Concilio Milevitano supra citato can. 3. ubi sic habetur: Placuit ut quicumque dixerit, gratiam Dei, qua justificamur per Jesum Christum, ad solam remissionem peccatorum valere que jam commissa sunt, non etiam ad adjuvandum, ut non committantur, anathema sit. Ubi nomine gratia qua justificamur, si proprie, ut debent, verba accipiantur, non gratia auxilians, que dispositiva ad justificationem concurret, sed gratia habitualis, per quam formaliter justificamur, & in filios Dei adoptamur, ut intelligi debet. Unde Patres ejusdem Concilii Epist. 95. apud Augustinum, hanc gratiam dicunt esse qua Christiani & filii Dei sumus. Et infra: Qua prædestinati vacuumur, justificamur, & glorificamur. Item D. Thomas hic art. 4. ait: in statu nature corrupte non potest homo implere omnia mandata divina, sine gratia sanante, que gratia justificans est.

267 Potest etiam eadem pars hæc ratione probari. Impossibile est esse ordinatum circa media, & non circa finem, quia media propter finem eliguntur, & intuitu ejus: At sine gratia sanctificante & caritate, nullus est bene ordinatus in Deum ultimum finem: Ergo sine illa nullus potest in statu nature esse bene ordinatus erga media, que sunt præcepta, nec per consequens sine illa omnia mandata naturalia observare.

268 Confirmatur ratio a posteriori. Nusquam homo in peccato exiens totam naturæ legem implevit: Ergo sine gratia a peccato sanante, totius legis nature adimpletio possibilis non est. Quo argumentum usus est D. Hieronymus adversus Pelagianos dialog. 1. ut probaret non posse hominem sine gratia auxiliante totam legem observare.

269 Secunda etiam conclusio pars ratione laudatur: Homo ininitus & inensurus Deo, non est aptum & conveniens subiectum, cui Deus conferat tantum beneficium, quale est auxilium cumulus, que ad totius legis naturalis observantiam requiruntur. At nisi gratia habitualis & justificans in subiecto præcedat, homo est in statu inimicitie: Ergo necessaria est habitualis gratia antecedenter ex parte subiecti, ut constituens illud in statu congruo, ad hoc quod Deus impertiar ei gratias auxiliantes, ad totius legis observantiam necessarias.

270 Confirmatur: Homo per culpam duas infirmitates contraxit: alteram in mente, per averfionem a Deo; alteram in parte inferiori, que deordinata a subiectione ad rationem remanet: incongruum autem videtur, quod pars inferior per auxilia actualia parti superiori subiciatur, nisi prius ista per gratiam habituales fuerit sanata, & Deo ut ultimo fini per caritatem subiecta: Ergo, &c.

271 Dico tertio: In homine lapsio ad totius legis nature observantiam, præter gratiam habituales, necessario requiritur specialis gratia auxilians; que quidem per se, & attenda rei natura, debet solum esse specialis intra ordinem nature, sed supposita hominis ad ordinem supernaturalem elevatione, per accidens debet esse entitative supernaturalis.

272 Probatur prima pars: Impotentia moralis ad totius legis nature observantiam in homine lapsio, & in peccato mortali existente, non solum provenit ex defectu subiectionis mentis ad Deum ut ultimum finem, sed etiam ex

rebellionem & signa appetitus inferioris contra rationem: At licet gratia habitualis mentem Deo ut ultimo fini subiciat, rebellionem tamen appetitus inferioris contra superiorem non tollit, sed eam ad agendum, & meritum, ac profectum vitæ spiritualis, in nobis relinquit, ut docet Tridentinum sess. 5. decreto de peccato originali, & experientia satis ostendit: Ergo in homine lapsio ad totius legis nature observantiam, præter gratiam habituales, seu justificantem, gratia actualis, seu auxilians, necessaria requiritur.

273 Quod vero talis gratia, per se, & attenda rei natura, non debeat esse supernaturalis entitative, sed sufficiat quod sit specialis intra ordinem nature, patet: Nam totius legis nature observantia ex aliquo motivo honesto naturali, est entitative naturalis: Ergo per se exposcere nequit principio proxime elicente, gratiam auxiliantem entitative supernaturalem. Quod autem, supposita natura humane ad ordinem supernaturalem elevatione, per accidens illam exigat, patet ex dictis articulo precedenti §. 2. agendo de dilectione Dei naturali, ubi id ex professo probavimus; unde ad hunc locum Lectorem remittimus, ne eadem inutiliter repetamus.

§. V.

Præcipua objectiones solvantur.

Obijciunt primo contra secundam conclusionem: Pelagius non erravit negando necessitatem gratie habitualis ad totius legis nature observantiam, sed solum negando necessitatem gratie actualis ad illam implendam: Ergo Concilia ipsius errorem damnantia, non habitualis, sed actualis gratie necessitatem ad legem nature observandam alstruunt. Consequentia videtur legitima. Antecedens vero probatur ex dictis in Tractatu de heresi Pelagiana, in qua Pelagium, gratiam habituales, seu remissionem peccati agnovisse, contra Suarez iuste ostendimus disp. 1. art. 2. conclus. ultima.

274 Respondeo negando Antecedens: Pelagius enim gratie tam habitualis quam actualis necessitatem ad legem nature observandam sustulit, dum asseruit divina mandata viribus liberi arbitrii posse servari, per hoc enim omnis gratie necessitas excluditur. Unde ad probationem dicendum, quod licet ille gratiam habituales, seu remissionem peccatorum agnovisset, non tamen ut necessitatem ad legis observantiam, ac prout Concilia, dum ipsius errores proferunt, non solum actualis, sed etiam habitualis gratie necessitatem ad legem nature observandam alstruunt.

275 Obijciunt secundo: Totius legis nature observantia est opus naturale entitative: Ergo pro sui principio gratiam habituales nequit exigere. Antecedens est certum, Consequentia vero probatur. Nam eo ipso quod actus pro sui principio, formam entitative supernaturalem exposcat, excedit facultatem nature, & consequenter in sua entitate supernaturalis est.

276 Respondeo concessio Antecedente, distinguendo Consequens; pro sui principio gratiam habituales nequit exigere, per se tamquam principium elicentis, concedo: ex suppositione peccati, & ut principium expediens, seu removens culpæ impedimentum, nego. Vel secundo distinguo Consequens; nequit exigere gratiam habituales, ut principium sui physicum, concedo: ut principium morale, removens ab homine statum positive indignitatis respectu auxiliorum gratie, que ad totius legis nature observantiam requiruntur, nego. Hæc solutiones patent ex dictis probando secundam partem conclusionis.

277 Obijciunt tertio: Gratia habitualis, cum intra ordinem supernaturalem se habeat per modum nature, non est ad operandum, sed ad efficiendum, nec movet potentias anime ad suos actus elicendos, sed dumtaxat animam sanctificat, & mundat a macula peccati: unde quantumvis homo sit sine peccato, & gratia habituali exornatus, debilis est ad boni operationem, nisi auxilio actuali & sancta cogitatione moveatur, & adjuvetur: Ergo gratia necessaria ad legis nature observantiam, non est habitualis sed actualis, in sancta cogitatione & pia voluntatis motione consistens.

278 Respondeo concessio Antecedente, negando Consequentiam; nam per peccatum duas infirmitates contraximus; alteram in parte superiori, per averfionem a Deo ut ultimo fine; alteram in parte inferiori, per inobedientiam & rebellionem ipsius ad superiorem: & ratione utriusque debiles ad operandum remanent. Cum enim vires voluntatis ad bene operandum erga media, ex affectu ad finem sanantur, consequens est, ut parte superiori a Deo per peccatum averfa, languentem ac deficientem voluntatis vires ad recte operandum, & ad observanda divina mandata: unde ut fortis reddatur, debet tolli averfio a Deo ut ultimo fine, que non nisi per gratiam habituales auferri potest. Quare licet gratia habitualis non præparetur tamquam virtus per se & necessario adjuvans ad observanda naturalia præcepta, exigitur tamen ut removens probi-

prohibens dilectionem Dei per quam voluntas firma redditur ad operandum, & ut constituit subiectum habile & congruum; ut conaturaliter ipsi dentur auxilia ad continuum legis observantiam necessaria, sicut in probatione secundæ partis conclusionis declaravimus.

§. VI.

Corollaria notata digna.

279 EX dictis inferes primo, hominem conditum in puris naturalibus non posse viribus sue nature observare omnia præcepta legis naturalis: nam in illo statu patetur eandem rebellionem appetitus sensitivi contra rationem, quam patitur in statu nature corrupte; solumque est discrimen, quod rebello in illo statu haberet rationem conditionis naturalis; in hoc vero habet rationem pene, vulneris, & acritudinis.

280 Inferes secundo, Deum homini constituto in illo statu datum fore auxilium, quod possit observare totam legem naturalem: quia ad suavitatem divine providentiæ pertineret, non relinquere hominem tam imperfectum, ut non possit observare totam legem nature, solumque finem naturalem consequi, ut in Tractatu de status nature humane declaravimus disp. 6. art. 2. in resp. ad 5. objecl.

281 Inferes tertio, hujusmodi auxilium esse quidem speciale intra ordinem nature, hominique in tali statu indubitum; sed esse naturalem quantum ad suam entitatem & substantiam: tum quia in illo statu nihil esset entitative supernaturale: tum etiam quia in statu nature lapsæ, per accidens requiritur auxilium entitative supernaturale ad diligendum Deum ut auctorem nature, & observanda omnia præcepta naturalia, ratione scilicet elevationis nature humane ad finem supernaturalem: in statu vero pure nature homo ad talem finem non esset elevatus, sed Deum ut auctorem nature, tamquam finem ultimum respiceret.

In quinto articulo hujus questionis D. Thomas docet non posse hominem sine gratia vitam æternam mereri. In sexto, ut se præparet ad habituales gratiam, non indiget ulteriori dono habituali, bene tamen auxilio gratie morientis: ut autem meritorie operetur, gratia habituali egere. In septimo, non posse hominem sine habitu gratie a peccato refurgere. Quorum articulo rum explicatione prætermittimus, quia infra quæst. 113. & 114. de his agetur.

ARTICULUS VI.

Utrum homo lapsus sine gratia possit diu non peccare mortaliter contra præcepta naturalia?

282 Licet constet ex dictis articulo precedenti gratiam esse necessariam ad legem nature implendam: quia tamen non est omnino idem implere præcepta, & non peccare; cum observatio præceptorum includat positivam operationem elicentem ab homine, non peccata vero præcise solum importet cessationem ab acta malo, ad quam non tantum requiritur sicut ad positive operandum, ideo adhuc superest resolvendum, an gratia sit necessaria ad non peccandum contra præcepta legis nature? Unde articulus octavus hujus questionis, in quo S. Doctor querit, Utrum homo sine gratia possit non peccare? non est superfluum, nec coincidit cum quarto, ubi querit, Utrum homo sine gratia, per sua naturalia, legis præcepta implere possit?

283 Addit Curiel, in observantia præceptorum duplicem reperiri difficultatem, unam veluti objectivam, que provenit ex objecto, & propria gravitate ipsorum præceptorum; & de hac disputat S. Thomas art. 4. aliam proveniente ex continuatione & diurnitate temporis, de qua agit art. 8. Licet enim nulla fiat expressa mentio in titulo hujus articuli, de longitudine temporis, virtute tamen explicatur, cum absoluitur, queritur, Utrum homo sine gratia possit non peccare? hoc enim non potest intelligi nisi de longo tempore, cum in brevi non occurrant multa peccata vitanda. Hoc præmissis,

284 Circa propositam difficultatem tres versantur præcipue Auctorum sententiæ. Prima est: homo sine gratia speciali gratia, posse omnia peccata naturalia contra legem nature evitare. Ita Scorus, Gabriel, & Durandus, articulo precedenti citati. Secunda docet hominem lapsum diu non posse vitare omnia peccata naturalia contra præcepta naturalia, sine auxilio gratie ordinis naturalis, solum licet quadam bona cogitatione, bene tamen sine gratia habituali & sanctificante. Ita Vasquez hic disp. 196. cap. 3. Tertia ad hoc non solum, requirit gratiam auxiliantem, sed etiam sanctificantem & sanantem naturam. Ita D. Thomas hic art. 8. & tertio contra Gent. cap. 160. & de verit. qu. 24. art. 12. ejusque Discipuli: licet Cajetan in commentario hujus articuli dicat hominem lapsam, qui nescit se esse in peccato mortali, neque assi-

cur ad illud, non per se, sed per accidens, ex ignorantia invincibili, posse diu vitare peccata naturalia.

§. I.

Triplex conclusio vera sententia statuitur.

Dico primo: Homo in statu nature lapsus non potest ex viribus nature diu vitare omnia peccata naturalia, que sunt contra legem naturalem.

Hæc conclusio in primis probari potest ex supra dictis: Nam, ut ostendimus articulo precedenti, homo lapsus non potest ex viribus nature diu implere totam legem naturalem: Ergo neque diu vitare omnia peccata naturalia contra legem nature. Consequentia patet: Ideo enim homo peccat, quia non adimplet præcepta: Ergo si non potest diu propriis viribus servare totam legem naturalem, neque potest ex eisdem diu vitare omnia peccata naturalia contra legem nature.

285 Confirmatur: Si homo lapsus posset propriis viribus vitare omnia peccata naturalia contra præcepta naturalia, ex eisdem posset Deum auctorem nature super omnia diligere dilectione efficaci: Sed hoc non est dicendum, ut artic. 4. probavimus: Ergo nec illud. Sequela Majoris patet; nam qui vitat omnia peccata, propter nullum recedit a Deo, & per consequens amat illum super omnia dilectione efficaci.

286 Deinde suaderi potest conclusio ratione D. Thomæ hic art. 8. & 3. contra Gent. cap. 160. Homo in statu nature corrupte habet multa tam intrinseca, quam extrinseca, provocantia ipsum ad peccandum, nimirum rebellionem appetitus, tentationem demonum, & societatem pravorum hominum, qui suis exemplis & consiliis inducunt nos ad peccatum; & aliunde corruptio corporis terreni, & distractio circa res mundanas, & ad vitam necessarias impedit continuum vigiliam & attentionem mentis, juxta illud Sapient. 9. Corpus quod corruptum est, aggravat animum, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitatione: Ergo non potest viribus sue nature, & sine auxilio gratie, resistere omnibus, adeo nec vitare omnia peccata naturalia.

Dico secundo: ut homo in statu nature lapsus diu vitet omnia peccata naturalia, que sunt contra legem nature, non sufficit auxilium supernaturale transiens, quod per modum motionis confertur, sed requiritur etiam gratia justificans: unde homo in mortali exiens, peccata diu vitare non potest.

287 Hæc conclusio probatur in primis iisdem testimoniis & rationibus, quibus confirmatis aliterio de observantia præceptorum naturalium probata est articulo precedenti. Deinde suaderi ratione D. Thomæ hic art. 8. que sub hæc forma proponitur potest. Ut homo possit diu vitare omnia peccata naturalia, necesse est quod habeat cor suum firmatum in Deo, ita ut pro nullo bono consequendo; vel malo vitando, ab eo separari velit: At qui est in peccato mortali; & gratia ac caritate privatus, non habet cor suum hoc modo firmatum in Deo, sed ab eo potius averfuit & conversum ad creaturam tamquam ad ultimum finem: Ergo omnia peccata naturalia diu vitare non potest. Minor patet: Major vero dupliciter a D. Thoma probatur. Primo a simili: sicut enim inferiori appetitu non totaliter subiecto rationi, non potest fieri quin contingant motus inordinati in ipso, & in hujusmodi motibus peccata venialia; ita etiam ratione non subdita Deo, & non firmata in illo tamquam in ultimo fine, non potest fieri quin motus contingant inordinaciones, & peccata in ipsis actibus rationis. Unde Prosper lib. 5. de vocat. gent. cap. 2. Voluntas mortalis que non ab incommutabili voluntate regitur, tanto citius appropinquat iniquitati, quanto citius intenditur aliam.

288 Secundo probatur eadem major ratione: cum enim in hac vita multa occurrant mala que formidamus, & bona desiderabilia ad que allicimur, nisi homo habeat cor suum firmatum in Deo, recedit ab eo propter consequenda bona, vel mala vitanda, contentendo præcepta ipsius, & peccat mortaliter.

289 Confirmat hoc D. Thomas, ex eo quod in repentinis homo operatur secundum finem præconceptum, & secundum habitum præexistente, ut dicit Philosophus 3. Ethic. cap. 8. Ergo qui non habet cor suum firmatum in Deo, sed ab eo averfuit, & ad bonum commutabile conversum, eligit quod est consonum fini quem habet. Hæc consequentia patet: nam mens communiter eligit illud ad quod homo magis inclinatur, nisi per discursum & præmeditationem rationis ab illo sine abducat per contrarium sollicitudinem: unde cum hanc sollicitudinem habere continue, sit impossibile, & non possit homo semper esse in tali præmeditatione, non potest etiam diu permanere, quin operetur secundum inclinationem voluntatis deordinatæ a Deo, nisi cito per gratiam & caritatem ad debitum finem reparatur: ut constat exemplo ipsius Davidis; qui commissio adulterio, statim addidit homicidium. Unde L. Gregorius

gorius homil. 11. in Ezechiel. Peccatum quod mox per penitentiam non deletur, suo pondere trahit ad aliud.

291 Confirmatur amplius, & magis illustratur ha ratio: In peccato mortali duo funt, nempe averfio a Deo, & converfio ad creaturam, & ratione utriufque peccator fit impotens ad diu vitanda peccata mortalia. In primis enim ficut homo converfus ad Deum, & ipfi per gratiam & caritatem conjunctus, habet cor ita in eo firmatum, ut pro nullo bono confequendo, aut malo vitando, ab eo fe parari velit; ita qui eft ab illo per peccatum averfus, habet voluntatem adeo inflabilem & mutabilem (ut pote fe paratam ab eo qui fumme unus & immutabilis eft) ut facile ab uno peccato in aliud eadat. Deinde cum qualibet creatura fit multis defectibus & viciffitudinibus obnoxia, fieri non potest quin voluntas ei ut ultimo fini adherens, viciffitudini & mutabilitati pariter obnoxia fit, & fepe unam creaturam deferat, ut ad aliam fe convertat, feque nova peccata fepe committat. Unde Thren. 1. dicitur: Peccatum peccavit Jerufalem, & ideo inflabilis facta eft. Hinc etiam Chryfoftomus in cap. 11. Matth. comparat peccatorem navi, malo, velis & gubernaculo delituita, quae certiffimo naufragio expofita eft, & quae fertur, non quo nauta eam dirigit, fed quo ventorum & procellarum impetus eam impellit.

Dico tertio: ut homo iuftus diu abftineat a peccatis mortalibus, praeter gratiam habituaalem, fea iuftificationem, indiget speciali Dei auxilio.

292 Probatur primo ex Concilio Arauficano II. can. 10. ubi dicitur: Adjuviorium Dei etiam venariis & fanctis femper effe implorandum, ut ad bonum finem poffint pervenire, & in bono opere perdurare. Quibus verbis decernit Sacra Synodus, neceffarium effe speciale auxilium homini iufto, nedum ad perfeverandum finaliter, fed etiam ad perdurandum in operibus bonis per aliquod tempus notabile, fubindeque ad abftinendum diu a peccatis mortalibus.

293 Probatur fecundo ex Auguftino de natura & gratia c. 26. dicitur: Sicut oculus corporis pleniffime fanus, nifi candore fuis abfuit non poffit carere, fe & homo perfiffime etiam iuftificatus, nifi aeterna luce iuftitiae divinitus abfueverit, reftit non poffit vivere. Et lib. de Eccl. dogmat. c. 24. ait: Neminem, etiam baptifmatis gratia renovatum, idoneum effe ad fuperandas diaboli infidias, & ad vincendas carnis concupifcentias, nifi per quotidianum adjuviorium Dei, perfeverantiam bona converfationis acciperit. Perfeverantiae autem nomine non folum eam quae eft ufque ad finem intelligit, fed etiam illam quae quis per multum tempus fine peccato perfeverat; hanc enim etiam poffit diu perfeverantiam docet idem S. Doct. libro de bono perfeverantiae c. 1.

294 Probatur tertio ex D. Thoma hic art. 9. ubi docet hominem in gratia confluentem, ad bene operandum, & vitandum peccatum; indigere auxilio Dei, non folum ex ratione generali qua omnis creatura in omni fuo actu indiget moveri a Deo (quo loquendi modo infinuat neceffitatem auxilii generalis, quod, etiam ex communi ratione creaturae, gratia habitualis conftat) verum etiam fpeciali ratione, defumpta ex conditione ftatus naturae, etiam poft ablationem peccati: Nam licet (inquit S. Doct.) fanetur per gratiam quoad mentem, remanet tamen in ea corruptio & infectio quantum ad carnem, per quam fervit legi peccati, ut dicitur ad Rom. 7. Remanet etiam quaedam ignorantia obfcuritas in intellectu, fecundum quam, ut etiam dicitur ad Rom. 8. quid oremus ficut oportet nescimus &c.

295 Denique fuaderi potest conftatiffimo ratione fundamentali, Gratia in hoc ftatu via imperfekte participatur ab homine iufto: Ergo ut per illam poffit diu bene operari, & vitare peccatum, indiget auxilio fpeciali Dei. Antecedens explicatur observando cum Conrado hic art. 9. quod gratia via triplicem habet imperfectionem, per comparationem ad gratiam patriae. Prima eft in modo operandi: nam gratia patriae femper cauffit actuale amorem Dei, non gratia via, propter quod dicitur Matth. 11. quod quilibet beatus, quantumvis minimus, major eft Joanne Baptifta, fcilicet quantum ad modum operandi, quia Joannes non femper actu amabat Deum, ficut beati: de quo vide Ban. nem. 2. a. quaef. 24. art. 7. dubio 3. Secunda eft, quod gratia viatoris, quantumvis intenta, de lege ordinaria non fanat perfekte appetitum, ficut gratia beatorum. Tertia eft, quod non perfequitur rationem ut infallibiliter inheret divinae regulae, ficut gratia patriae. Confequentia vero probatur: Haec eft differentia inter formam quae perfekte habetur, & illam quae imperfekte participatur, quod habens primam, cum fola generali concursu illi proportionato, potest per illam operari, non vero habens fecundam, faltem diu & regulariter, nifi fpecialiter moveatur ab eo qui habet plene talem formam: ficut Sol, quia eft perfekte lucidus, potest per fe illuminare cum generali Dei concursu; Luna vero, quia imperfekte participat lucem, indiget praeterea illuminatione actuali Solis. De quo vide D. Thomam fupra quaef. 68. art. 2. Ergo fi gratia fanctificans imperfekte participatur ab homine iufto in hoc ftatu viae, non potest per illam diu operari bonum, & vitare peccatum, fine fpeciali illuminatione & auxilio Dei, cuius eft ipfa gratia.

Sequitur Objectiones.

Objicies primo contra primam conclufionem: Homo 296 lapfus potest ex viribus naturae adimplere fingula praecipua naturalia: Sed datur praecipuum naturale non peccandi absolute, five nullum peccatum committendi, ut colligitur ex illo 1. Joann. 2. Haec fcribo vobis ut non peccetis; & ex Pfalm. 36. Declina a malo, & fac bonum: Ergo homo lapfus potest ex viribus naturae vitare omnia peccata mortalia, quae funt contra legem naturalium.

Refpondeo primo negando Majorem, nam ut praecedenti articulo diximus, dantur aliqua praecipua legis naturae, quae homo fine gratiae adimplere nequit, ut praecipuum dilectionis Dei ut auctoris naturae, praecipuum fervandi caftitatem urgente gravi tentatione, &c.

Refpondeo fecundo, data Majori, negando Minorem: 298 exiftimo enim cum Cariele non dari fpecialia praecipua legis naturalis, obligans ad observandum totam collectionem praecipuorum eufdem legis; cum enim non poffit observari tota haec collectio, nifi per particulares impletiones fingulorum praecipuorum, fruflra ponitur praecipuum observandi totam collectionem, quod fit fpecialia & diftinctum a fingularibus praecipuis, obligantibus ad particulares adimplentiones fibi refpondentes. Nec obftant Scripturae testimonia in objectione adducta: nam ex priori folum colligitur non effe peccandum per violationem alicuius praecipui particularis, & ex posteriori declinandum effe a malo, fervando fingula praecipua.

Refpondeo tertio, quod etfi daretur tale praecipuum, 299 non fequeretur hominem lapsum illud ex viribus naturae adimplere poffe: quia licet propriis viribus poffit impletre fingula praecipua naturalia, quae non includunt virtualiter impletionem omnium, non tamen quae virtualiter eam continent, quae ratione fupra art. 4. diximus hominem lapsum non poffe ex viribus naturae praecipuum dilectionis Dei fuper omnia observare: praecipuum vero non peccandi contra praecipua naturalia, licet elicit fingulare, virtualiter tamen omnium aliorum praecipuorum naturalium observationem contineret.

Objicies fecundo contra fecundam conclufionem: D. Thomas 300 in 2. dicit. 28. q. 1. art. 2. fic ait: Peccatum committendum potest homo vitare, etiam fine gratia, quantumcumque in peccato mortali exiftat, fe tamen divina intelligitur aliquis habitus infusus, & non ipfa divina voluntas, per quam omnia bona cauffantur, & mala repelluntur. Ergo ex mente D. Thomae, gratia habitualis neceffaria non eft ad omnia mortalia collectivae vitanda.

Refpondent aliqui, D. Thomam loqui de potentia ad 301 omnia mortalia divifive, non collectivae, aut de potentia phyfica, non de morali. Sed haec interpretationes non funt legitime, nec ad mentem S. Doct. nam ibi itatim difficrimen, quantum ad hoc, inter peccata mortalia & venialia: tale vero difficrimen non fubfifteret, fi loqueretur de mortalibus divifive, vel de potentia folum phyfica ad illa vitanda, cum homo poffit abfque fpeciali gratia omnia venialia divifive vitare, & habeat etiam potentiam phyficam ad vitandam totam eorum collectionem, licet careat ad hoc potentia morali & expedita, ut dicemus articulo fequenti. Unde melius refpondetur cum Capreolo, Cajetano, & Conrado, illuftribus D. Thomae Interpretibus, S. Doctorem iuffe quidem in hac fententia, dum commentaria fuper libros fententiarum fcriberet, fed eam poftea in fuma Theologica retractaffe, ut conftat ex artic. 8. huius quaestionis.

Objicies tertio: Si homo non poffet fine gratia habitua- 302 li diu a peccato abftinere, fequeretur duo inconvenientia: Primum eft, quod poffet aliquis certo fcire fe effe in gratia, cum ipfi conftare poffit, fe a longo tempore non effe lapsum in mortale. Secundum eft, quod quilibet in mortali exiftens, teneretur ftatim confteri, vel contra de peccatis; quia fi non ftatim penniseret, exponeret fe periculo evidenti incidendi in alia peccata mortalia: quod periculum quilibet vitare teneretur, ut colligitur ex illo Eccl. 3. Qui amat periculum, peribit in illo.

Refpondeo neutrum ex his inconvenientibus fequi ex 303 nofta fententia: Non quidem primum, quia licet homo poffit certo fcire, fe nullum peccatum mortale ex deliberatione formalit commiffiffe; potest tamen dubitare, an aliquod ex deliberatione virtuali, vel interpretativa, quae fufficit ad mortale, commiffit: puta quando potest quid deliberare, & teneretur, & non facit. Item licet cognofcat fe non peccaffe peccato commiffionis, nescit tamen an fit lapfus omiffione, vel non ponendo actum qui erat in praecipuo, vel non ponendo ita efficacem & intentum, ut tenebatur. Insuper licet fciat fe non peccaffe opere, nescit tamen an peccaverit cogitatione. Unde Apoftolus 1. ad Cor. 4. dicit: Nihil mihi confcius fum, fed non in hoc iuftificatus fum. Et Propheta Pfal. 8. Delicta quis intelligit? ab occultis meis mundus me, &c.

304 Non fequitur etiam fecundum inconveniens: quia licet unufquifque teneretur vitare determinatam peccandi occasionem, determinatumque periculum, focus tamen: fi haec non funt certa & determinata, ut contingit in propofito. Et fane fi ex eo quod homo eft in periculo incerto & indeterminato incidendi in peccatum, dum eft in peccato, teneretur fub mortali confteri, aut confteri, ad removendum illud periculum; cum exiftens in gratia & caritate non poffit etiam (ut infra dicemus) in illis perfeverare, fine fpeciali auxilio; teneretur etiam fub mortali facere totum quod in fe eft, ut obtineret a Deo illud auxilium fpecialia, quod ipfi efferet neceffarium ad omnia peccata per longum tempus vitanda, quod tamen nullus admittit.

Objicies quarto contra tertiam conclufionem: D. Thomas 305 3. p. q. 62. art. 6. ad 3. ait: Minima gratia potest refistere concupifcentis; unde ibi retractat quod aliquando dixerat in fententia, fcilicet gratiam circumfifionis non fufficere ad reprimendam circumfifionem fomitis, & ad implenda mandata legis: Ergo homo iuftificatus, per folum gratiam fanctificantem, potest refistere omnibus tentationibus, & omnia peccata mortalia vitare.

Refpondeo vel D. Thomam ibi loqui de gratia habitua- 305 li, non excluendo, fed fupponeo auxilium actuale fpecialia, fine quo neque minima, neque maxima gratia potest diu refistere omni tentationi: vel folum velle (ut interpretatur Cajetanus hic art. 9.) quod minima gratia fufficit quantum effer de fe, & ex natura fua, non vero quantum effer in tali fubfetto, cum pugna appetitus, & eam debilitate rationis, propter ignorantiam. Sicut enim licet calor aquae bullientis fuperet eorum frigiditatem, quia tamen non effer in fubfetto fubi conftitutus, ftatim a frigore expellitur: fic etiam, quia gratia in nobis viatoris non effer in fubfetto fubi proportionato, fed multum infirmo & indifpofito, licet ipfa fortior fit concupifcentia, ab ea tamen ratione fubfetti, fi auxilio Dei delitatur, fuperatur & corrumpitur.

Objicies quinto: Ideo homo lapfus, ad diu observandam 306 legem, & non peccandum, indiget fpeciali auxilio, quia observare totam legem, & omnia peccata vitare, effer opus hominis fanis, atque adeo nequit ab infirmo praestari: Sed homo iuftificatus, jam effer fanus per gratiam habituaalem, quam D. Thomas fupra art. 4. fanantem appellat: Ergo ad diu observandam legem, & ad vitanda omnia peccata mortalia, non indiget fpeciali auxilio, a gratia habituali diftincto.

Refpondeo quod licet homo iuftificatus fanetur per gratiam 307 habituaalem, non tamen totaliter & adequate, ut enim ait S. Doct. fupra relat. Licet per eam natura humana fanetur quantum ad mentem, remanet tamen in ea corruptio & infectio quantum ad carnem, per quam fervit legi peccati, ut dicitur ad Rom. 7. Remanet etiam quaedam ignorantia obfcuritas in intellectu, fecundum quam (ut etiam dicitur ad Rom. 8.) quid oremus ficut oportet nescimus. Et haec fufficiunt ad fundandam indigentiam fpecialis auxilii in homine iuftificato, ad diu observandam legem, & vitanda omnia peccata mortalia.

Dices D. Thomas hic art. 8. in corp. ait quod homo in 308 ftatu gratiae potest ab omni peccato mortali, quod in ratione confiftit, abftinere: Ergo ex eius mente, homo iuftus, ratione gratiae habitualis, habet vires fufficientes ad omnia mortalia ufque ad finem vitanda, fubindeque ad hoc non indiget ulteriori auxilio.

Confirmatur: Ideo juxta D. Thomam ibidem homo exiftens 309 in peccato mortali non potest omnia mortalia collectivae vitare, quia non habet cor firmatum in Deo, ut pro nullo bono obtinendo, vel malo vitando, ab eo fe parari velit? At homo iuftus cor fuum habet firmatum in Deo, ratione gratiae habitualis: Ergo ei competunt vires fufficientes ad omnia mortalia collectivae ufque ad mortem vitanda.

Ad instantiam refpondeo D. Thomam non loqui de omni 310 peccato mortali absolute, fed tantum de omni mortali quod effer ratioe, & a Deo ut ultimo fine averfa & deordinata, trahit originem. Ex duplici enim capite provenit in homine exiftente in mortali impotentia vitandi omnia mortalia collectivae, nimirum effer deordinatione rationis per averfionem a Deo, & converfionem ad creaturam, ex qua (ut ibidem notavit D. Thomas) oritur quod, nifi in continua praedicatione exiftat, non poffit non operari multoties juxta praecceptum finem; & effer corruptione fua rebellionis partis inferioris fuperiorem ad illicita perarhentis. Quia ergo in homine iuftificato, primum caput per gratiam fanctificantem deftrudum effer, hinc fit quod poffit ratione gratiae omnia mortalia qua ex illo trahunt originem, vitare. Et hoc voluit D. Thomas, dum dixit quod homo in ftatu gratiae potest ab omni peccato mortali, quod in ratione confiftit, abftinere. Unde

311 Ad confirmationem dicendum, quod negatio firmitatis cordis in Deo, non effer cauffa aduata indigentiae auxilii fpecialis ad vitanda omnia mortalia collectivae, fed una fo-

lum ex cauffis, alia autem huius cauffa effer negatio fubordinationis partis inferioris ad rationem: unde cum in ftatu naturae lapfae haec fecunda cauffa in homine iuftificato perfeveret, etfi prima non fubfiftat, non potest vitare omnia mortalia collectivae, fed ea dumtaxat quae ex prima cauffa, nimirum deordinatione rationis, per averfionem a Deo, & converfionem ad creaturam, trahunt originem.

Corollarium notanda dignum.

EX dictis inferes, hominem in ftatu naturae lapfae (etiam 312 poftquam effer iuftificatus) non poffe, fine fpeciali auxilio, graves tentationes contra praecipua legis naturae vincere, ex aliquo motivo honefto. Ratio effer, quia vincere gravem tentationem; etiam praefice ob honeftatem naturalem, effer opus morale difficile: Sed homo in ftatu naturae lapfae, etiam poftquam effer iuftificatus, non potest exercere opus morale difficile, abfque fpeciali auxilio Dei; quia (ut fupra declaravimus ex S. Thoma) gratia fanctificans non fanat hominem perfekte, fed in eo relinquit languorem potentiarum, & rebellionem concupifcentiae, ad meritum & profectum vitae fpiritualis, ut quotidiana in viris fanctis plufquam fatis confirmat experientia: Ergo homo in ftatu naturae lapfae, etiam poftquam effer iuftificatus, graves tentationes, abfque fpeciali auxilio vincere nequit ex aliquo motivo honefto. Quod intelligi debet, non folum quando tentatio vincitur poftive, faciendo fcilicet opus virtutis contrariae, fed etiam quando vincitur negative, hoc effer, quando homo non exequitur opus ad quod tentatur. Cum enim vehemens tentatio maxime impellat ad cadendum, ipfum non cadere, & tentationis non fuccumbere, fpeciali Dei gratia tribui debet. Unde Innocentius Papa in Epiftola ad Concilium Carthagenfem, apud Auguftinum 91. Quotidiana praefat. illa remedia, quibus nifi feres, confiftit nimirum, nullatenus vincere humanos, poterimus errores, neceffe effer enim, ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adjuvante vincamur. Dixi gravem tentationem non poffe abfque fpeciali auxilio vinci, ex aliquo motivo honefto: nam ad vincendam gravem tentationem effer pravo aliquo motivo, v. g. tentationem luxuriae ex motivo avaritiae, vel inanis gloriae, neceffarium non effer fpecialia gratiae adiutorium, quia actus ille effer circumftantia finis effer malus, gratia autem fpecialis non defideratur nifi ad actum difficilem, undequaque honeftum.

Dices: Tentatio, quantumvis vehemens, quamdiu ratio- 313 nis iudicium non abforbet, libertatem non admittit homini lapfo ad ipfi refiftendum: Ergo potest homo lapfus, quantumvis gravi tentatione contra aliquod praecipuum legis naturae pulfatus, tentationem illam lupere, abfque fpeciali auxilio: Confequentia videtur legitima: imppoffibile enim videtur, quod aliquis omni fpeciali auxilio deftitutus, remaneat liber ad refiftendum tentationi; fi abfque fpeciali auxilio non poffit ei refiftere. Antecedens vero probatur ex D. Thoma fupra q. 10. art. 2. & 3. ubi docet exprefse a nullo omnino objecto, nullave paffione quantumvis vehemente, voluntatem hominis, quamdiu effer in via, neceffitari poffe quoad exercitium actus, fed femper manere liberam, ut eliciat vel non eliciat actum: quod etiam affert D. Anfelmus lib. de libero arbit. cap. 6. 7. 9. & 10. Ratio etiam fuffragatur: nam fignificatio libertatem adimeret homini tentato. fpeciali auxilio ad ei refiftendum deftituto, homo ille ei confentendo non peccaret; quia nemo peccat in eo quod libere vitare non potest.

Refpondeo concesso Antecedente, negando ejus Confe- 314 quentiam: ficut enim ut homo dicitur liber ad observanda praecipua fupernaturalia, & refiftendum tentationibus ad eorum transgreffionem inducentibus, non effer neceffe quod id praefare valeat fine gratia, & ex fols viribus liberi arbitrii, fed fufficit quod id poffit mediante gratia, quae ipfi offertur a Deo, quando arguet eorum obligatio, aut pulfat gravis tentatio, ut paffim docent Auguftinus, Hieronymus, & alii SS. Patres, impugnantem errorem Pelagii, qui afferbat hominem non effer liberum, fi Dei indiget auxilio, ut refert D. Hieronymus in Epiftola ad Caeftiphontem: ita pariter ut tentatio gravis contra praecipua naturalia, relinquitur hominem lapsum liberum ad ei refiftendum, non requiritur quod ipse, tali tentatione pulfatus, poffit abfque fpeciali auxilio ipfi refiftere, fed fufficit quod id poffit cum fpeciali auxilio, ei a Deo oblato infante obligatione praecipui naturalis, & gravi illa tentatione urgente: ut enim ait D. Thomas hic art. 4. ad 2. illud quod poffumus cum auxilio divino, non effer nobis omnino imppoffibile, fecundum illud Philofophi in 3. Ethic. Quae per amicos poffumus, aequaliter nos poffumus.

Quaes ad complementum huius quaestionis, an homo 315 lapfus poffit fine fpeciali auxilio vitare fingula peccata contra legem naturae? Ratio dubitandi effer, quia D. Thomas hic art. 8. in corpore, id exprefse videtur afferere, ait enim: Antequam hominis ratio, in qua effer peccatum mortale, reparatur per gratiam iuftificantem, potest fingula peccata mortalia vitare...

vitare... quia non est necesse quod continuo peccet in actu. Et in solut. ad r. Dicendum (inquit) quod homo potest vitare singulos actus peccati, non tamen omnes, nisi per gratiam. Ratio etiam suffragatur: Nam ut docet idem S. Doctor supra qu. 10. art. 2. & 3. voluntas nostra non potest ab ullo objecto particulari hic in via necessitari, neque etiam ab ulla passione, quantumcumque vehementer, dummodo non tollat indifferentiam iudicii: Ergo potest ex viribus propriis singula peccata vitare.

316 Propter hac argumenta quidam ex nostris Thomistis, quos citat & sequitur Curiel hic dub. 3. §. 2. concl. ultima, Partem affirmativam tenent. Nihilominus sententia negans videtur probabilior, & principis supra status conformior: nam supra artic. 4. ostendimus hominem lapsum non posse, absque speciali auxilio, preceptum dilectionis Dei ut auctoris natura observare: Ergo nec potest absque speciali gratia peccatum omnisivis huius precepti vitare. Diximus etiam supra, valde probabile esse hominem lapsum non posse quendam sola precepta difficilia legis naturalis sine gratia adimplere, ut preceptum castitatis, urgente gravi tentatione & occasione, iuxta illud Sap. 8. sciet quoniam aliter non possunt esse continentis, nisi Deus det: cum enim huiusmodi actus sit arduus & difficilis, sperat vires hominis infirmi: Ergo similiter urgente gravi tentatione, homo lapsus non poterit, absque speciali auxilio, vitare peccatum luxurie, nec per consequens singulos actus peccati. Unde ad testimonia D. Thomae dicendum est, vel ipsum loqui solum de peccatis que sunt contra observantiam preceptorum facillimorum: vel si loquatur etiam de illis, quibus precepta difficilia legis naturalis violantur, solum excludere necessitatem gratie habitualis, non vero auxilii specialis; ait enim: Antequam hominis ratio, in qua est peccatum mortale, reparatur per gratiam iustificatam, potest singula peccata vitare. Ad rationem vero subijunctam, concessio Antecedente, nego Consequentiam: nam quod homo lapsus non possit sine gratia singula peccata mortalia vitare, non provenit ex parte objecti peccati, trahentis per modum naturae, sed ex corruptione naturae, & infirmitate potentie per peccatum debilitate, quae non potest actus difficiles & arduos, etiam ordinis naturalis, elicere, nisi per gratiam roboretur & adjuvetur.

ARTICULUS VII.

Utrum ad vitandum peccatum venialiter requiratur speciale privilegium, & cui fuerit concessum?

§. I.

Prima pars quaevis resolvitur.

317 Deo primo: Homo in statu naturae lapsae, quantumcumque sit iustus & sanctus, non potest ex vi auxiliorum que communi lege gratia annexuntur, omnia peccata venialia per totam vitam, vel per longum tempus vitare, sed ad hoc specialissimo auxilio, seu privilegio indiget. Ita communiter tenent Theologi cum S. Thoma hic art. 8. licet Vega lib. 14. in Tridentinum cap. 21. repugnare videatur: docet enim posse quemlibet iustum, cum auxiliis que communi lege gratia annexuntur, abstinere toto tempore vite ab omni veniali, quamvis nullus id de facto fuerit consecutus. Durandus vero in 2. dist. 28. quest. 3. & Conradus hic artic. 8. nostram conclusionem limitant ad peccata venialia que sunt ex indeliberatione, & afferunt alia que sunt venialia ex suo genere, sive ex objecto (ut furtum leve, mendacium jocofum, verbum otiosum) posse toto vite tempore absque speciali privilegio vitari.

318 Nostra tamen conclusio aperte colligitur ex variis Scripturarum testimoniis, quibus asseritur nullum esse iustum, quantumlibet gratia ornatum, qui aliquando non peccet: 2. Paral. 6. Nunc enim est homo qui non peccet. Jacobi 3. in multis offendimus omnes. Psal. 31. Remissi iniquitatem peccati mei: pro hac (scilicet peccati remissione) orabit ad te omnis sanctus. Prima Joann. 1. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, &c. Quod testimonium explicans Concilium Milevitanum cap. 6. ait: Quis quis se accipiendum putaverit, ut dicat propter humilitatem dicit non habere peccatum, non quod vere ita est, anathema sit. Et cap. 7. & 8. idem dicitur de verbis illis orationis Dominicae: Dimitte nobis debita nostra, illa scilicet dicere sanctos non solum pro aliis, sed etiam pro seipsis, & non solum humiliter, sed etiam veraciter. In Tridentino etiam sess. 6. cap. 11. dicitur: Licet in hac mortali vita, quantumvis sancti & iusti, in levibus solum & quotidianis, que etiam venialia dicuntur, peccata quandoque cadant, non propterea defuncti esse iusti: nam iustorum vita non est & humilis, & verax, dimittit nobis debita nostra. Et postea ex eadem doctrina haec definitio conlect can. 23. Si quis hominem seculi iustificatum dixerit, posse in tota vita, peccata omnia, etiam venialia, vitare, nisi ex speciali privilegio, quemadmodum in B. Virgine tenet Ecclesia, anathema sit.

Favent etiam SS. Patres, praesertim Augustinus, variis in locis: nam lib. 1. contra duas Epistol. Pelag. cap. 14. haec scribit: Dicitur baptizati fideles sunt sine crimine, sine peccato autem in hac vita neminem dixerim, quantumlibet Pelagianis, quia hoc dicimus, adversum nos inflentur & circumstantur in Jania: non quia aliquid peccati remanent, quod in baptizato non remittitur, sed quia in nobis, in huius vita infirmitate manentibus, quosdam fieri non quiescent, qui fideliter orantibus, & misericorditer operantibus, quoties remittantur. Haec est fidei Catholica sanitas, quam Sanctus ubique seminat Spiritus, non pravitate haeretica vanitas, & praesumptio spiritus. Et libro de natura & gratia cap. 39. ait: Si omnes Sancti & Sanctas, dum hic viverent, congregare possemus, & interrogare utrum essent sine peccato, una voce clamarent: si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Unde de spiritu & lit. cap. ultimo asserit quod quamlibet, vel quantumlibet in hac vita poterimus definire iustum, nullus in ea est hominum, qui nullum habeat omnino peccatum. Et de bono persever. cap. 2. Tris sunt (inquit) qui maxime adversus Pelagianos Catholica defendit Ecclesia: quorum est unum, gratiam Dei non secundum merita nostra dari. Alterum est, in quantumcumque iustitia, sine quovis-cumque peccati in hoc corruptibili corpore neminem vivere. Tertium est, omnem nisi hominem peccato primi hominis, & vinculo damnationis astricimus. Denique idem Sanctus Doctor toto libro de perfectione iustitiae resellit quidam Caesarii arguitas, seu ratiocinationes, quibus astruere conabatur, posse nos in hoc corruptibili vita, ad eam venire iustitiae perfectionem, ut sine omni profus vivamus peccato; ostendens neminem id unquam assecutum, vel assecutum, ne per gratiam quidem, quam Deus hic praecipit etiam Sanctis suis praesare fit solitus; cum Pelagius & Caesarius libenter id etiam tribuerent abirio: 1. Unde cap. 4. sic ait: Quia peccata voluntas, scilicet est peccatum peccatum habendi dura necessitas, donec tota sanatur infirmitas, & accipitur tanta libertas, in qua, sicut necesse est, permanent beate vivendi voluntas, ita ne sit etiam bene vivendi, & nunquam peccandi, voluntaria solitudo necessitas.

319 Similia docet Bernardus, praesertim in serm. 1. de coena Domini, ubi verba illa Christi expendens, Qui loci est non indiget nisi ut peccet loquitur, sic ait: Locus est qui peccata non habet, cuius caput, id est intentio, & motus, id est operatio & conversatio, mundus est, sed peccata, qui sunt animae affectiones, dum in hoc peccare gradumur, ex terra mundi esse non possunt, quia aliquando veniunt, aliquando voluntatis, aut curiositatis, plerumque oportet cedat animus vel ad horam: in multis enim offendimus omnes. Huiusmodi rationem supra alliguerat, dicens: In eadem primi hominis cecidimus omnes: cecidimus autem super aerorum lapsum, & in luto, unde non solum inquinati, sed etiam vulnerati, & graviter quassati sumus: labori quidem cito possumus, ad sanandum vero opus est curatio multa.

Eadem ratione videtur S. Thom. hic art. 8. ubi sic dicitur: In quo quidem statu (naturae lapsae) potest homo abstinere ab omni peccato mortali, quod in ratione consistit, non autem potest abstinere ab omni peccato veniali, propter corruptionem inferioris appetitus sensualitatis, cuius motus singulos quidem ratio reprimeret potest (& ex hoc habent rationem peccati & voluntarii) non autem omnes: quia dum uti resistere nititur, voluntas insurgit, & etiam quia ratio non semper potest esse pervigil ad huiusmodi motus vitandos.

320 Confirmatur & magis illustratur haec ratio: Ut homo iustus possit omnia venialia collective usque ad mortem cavere, necessarium requiritur, quod vel ligetur, vel extinguatur fomes peccati: At ex vi auxiliorum, que communi lege gratia annexuntur, nec ligatur, nec extinguatur fomes: Ergo ex vi illorum non potest homo iustus omnia peccata venialia collective vitare. Minor est certa; tum quia in sola Beatrix Virgine, ob dignitatem matris, fomes ligato aut extincto agnoscitur a Theologis; tum etiam quia in omnibus iustis manet rebellis appetitus ad agnomem, ut docet Tridentinum. Major vero suadet: Nisi extinguatur, vel saltem ligetur fomes peccati, ex corrupto appetitu, & ulcere concupiscentiae, insurgunt frequentes motus carnis sensibiles, rationi non conformes: At inter tot confictus non potest homo se immunitatem a peccato servare, nam quando omni resistere nititur, alter insurgit, nec potest ratio esse in continua vigilia: Ergo non nisi extincto aut ligato fomite, potest homo iustus diu a peccato veniali abstinere.

321 Dices, hanc rationem Divi Thomae probare quidem hominem iustum, sine speciali auxilio, seu privilegio, non posse diu vitare omnia peccata venialia, que defectu sine advertentis & deliberationis committuntur; sed non convincere de aliis que sunt cum plena deliberatione, & que sunt venialia ex suo genere, sive ex objecto. Ergo homo iustus ita saltem absque speciali privilegio vitare poterit. Consequentia manifesta est. Antecedens probatur. D. Thomas ex defectu attentionis & vigiliae probat hominem non posse vitare omnia venialia: Sed

§. II.

Difficile argumentum solvitur.

322 Sed defectus attentionis solum contingit in venialibus, quae sunt talia ex indeliberatione: Ergo ratio D. Thomae solum convincit de istis venialibus, non vero de aliis quae sunt venialia ex objecto, & parvitate materis.

323 Propter hanc instantiam, Durandus & Conradus, ut supra retulimus, limitant nostram conclusionem ad sola venialia, quae sunt ex indeliberatione, & docent hominem, in statu naturae lapsae, cum communibus auxiliis gratiae posse vitare omnia peccata venialia ex genere, vel ex parvitate materis: quam sententiam non improbabilem iudicant plures ex nostris Thomistis, ut Soto lib. 3. de naturae & gratia cap. 4. Martinez, Curiel, & Joannes a S. Thoma in commentario huius articuli. Sed alia opinio, asserens nec etiam omnia venialia ex genere, aut ex levitate materis, posse hominem iustum diu vitare cum gratia, & auxiliis de lege ordinaria ei annexis, multo probabilior est: tum quia Scriptura, Concilia, & Patres supra relati, absolute loquuntur de peccatis venialibus, sine aliqua distinctione: tum etiam quia ipsa quodammodo venialia ex genere & levitate materis dicuntur quotidiana, quae facile committuntur, & passim occurrunt vitis iustis. Adde quod ratio D. Thomae etiam de istis convincit: etenim fomes peccati, & coordinatio appetitus sensitivi, non solum est causa, vel occasio, ut homo ex imperfecta deliberatione peccet, sed etiam ut stante perfecta deliberatione frequenter trahatur a passione aliqua appetitus ad contentiendum venialibus ex genere aut parvitate materis, & ut non semper firmiter, etiam in levibus, rationi adhaeret. Unde ad instantiam negandam est Antecedens. Ad corpus probationem dicendum, quod defectus vigiliae non est causa adequata omnium venialium: sed radix & origo eorum traditur a D. Thoma aequae, dum assignat pro huiusmodi causa appetitum sensitivum non omnino sanatum, seu rationi plenae non subditum; ex hoc enim, tamquam ex vera & adequata causa, provenit quod homo in natura lapsa omnia venialia longo tempore vitare nequeat, prout ly omnia includit tam ea que sunt talia ex genere, quam ea que sunt talia ex subreptione: sicut & contra in statu integritatis, sine iustitia originali, quia ratione doni integritatis appetitus sensitivus erat plane rationi subditus, homo non solum poterat vitare omnia peccata venialia, sed nec poterat peccare venialiter, ut in Tract. de peccatis suis ostendimus disp. 9. art. 5.

324 Dico secundo: per parvum temporis spatium potest homo iustus, cum auxilio quod secundum legem ordinariam datur, esse sine peccato veniali.

325 Probatur: Potest iustus per sacramentum poenitentiae, vel per ferventissimum caritatis actum, consequi remissionem omnium venialium, & aliquo tempore in hoc statu manere, cum non semper occurrant occasiones peccati, nec appetitus sensitivus semper in actus deordinatos prorumpat: Ergo potest iustus brevi aliquo tempore esse immunitis ab omni peccato veniali. Unde D. Hieronymus lib. 3. adversus Pelag. cap. 1. versus finem, sic ait: Hoc & nos dicimus posse hominem non peccare, si velit, pro tempore, pro loco, imbecillitate corporis; quandoque intentus est animus, quandoque chorda nilo vitio laxatur in cithara: quod si paululum remiserit, quomodo qui adverso flumine lembum trahit, si remiserit manus, statim retro labitur, & fluentibus aquis quo non vitae ducitur, se humana conditio, si paululum se remiserit, dissidet fragilitatem suam, & multa se non posse cognoscit. Idem docet Augustinus lib. de natura & gratia cap. 69. ubi etiam in huius veritatis confirmationem, Ambrosium, Chrysostomum, Hilarianum, & alios SS. Patres adducit. Favet etiam S. Thomas 3. p. q. 79. art. 4. ubi exponens illud 1. Joann. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus &c. ait: Hoc non est intelligendum, quia aliquis hora possit homo esse absque omni reatu peccati venialis, sed quia vitam istam sancti non ducunt sine peccatis venialibus.

326 Sed difficile est assignare spatium temporis, quo potest iustus absque veniali perseverare. Vega & Soto integrum diem assignant. Martinez ait aliquos Sanctos fuisse in extra per duos vel tres dies, in Dei amore & contemplatione persistentes, & rationabile esse, toto illo tempore eos ab omni veniali liberare. Curiel vero asserit viros iustos & sanctos ad summum posse per spatium trium vel quatuor horarum sine veniali permanere: tum quia facillimum est incidere in venialia ex subreptione: tum etiam quia Concilia & SS. Patres peccata venialia quotidiana appellant, quia quotidie committuntur. Unde Augustinus homil. 2. in Apocalif. ait: Non sanum latet, sed etiam sacerdotis, una die esse non debent sine poenitentia, quia nullus dies est, in quo homo possit esse sine peccato.

326 Contra primam conclusionem obijci solet difficile argumentum, quod potest sic breviter proponi. Nullus peccat in eo quod non potest, ut ait Augustinus lib. 7. de lib. arbit. cap. 18. At si homo in statu naturae lapsae indigeret speciali auxilio, seu privilegio, ad vitanda omnia peccata venialia, ea non posset vitare, cum Deus non sit paratus tale privilegium omnibus dare: Ergo non posset etiam ad culpam imputari, quod omnia peccata venialia non vitaret.

327 Respondent aliqui, quod licet homo in statu naturae lapsae non possit omnia venialia vitare, ei tamen ad culpam imputari, quod omnia venialia non vitet, quia talis impotentia est ipsi voluntaria, saltem in capite, ratione culpe originalis, ex qua fuit relicta.

328 Sed hac solutio displicet, Primo quia licet voluntarium quod in capite ad culpam originalem sufficit, ad actualem tamen, seu personalem (qualis est culpa venialis) requiritur voluntarium voluntate personae, ut declarat S. Doctor in 2. dist. 30. q. 1. art. 2. in corp. his verbis: Oportet quod secundum hoc quod aliquid rationem culpa habet, secundum hoc ratio voluntarii in ipso reperitur; sicut autem est quoddam bonum quod respicit naturam, & quoddam quod respicit personam, ita etiam est quoddam culpa naturae, & quoddam personae. Unde ad culpam personalem requiritur voluntas personae, sicut patet in culpa actuali, quae per actum personae committitur; ad culpam vero naturam (id est originalem) non requiritur nisi voluntas in natura illa.

329 Secundo, si haec solutio & doctrina valerent, sequeretur omnes motus sensualitatis, etiam eos qui primo-primo appellantur, infidelitatem quoque negativam, & ignorantiam invincibilem, esse peccata, & homini ad culpam imputari; cum haec a peccato originali proveniant, subsidie que in capite voluntariae sunt: Sed hoc dici nequit, ut in dissertatione de probabilitate articulo ultimo fuit ostendimus: Ergo &c. Hac ergo solutio rejicitur.

330 Respondeo, ut peccata venialia imputentur hominibus iustis, non opus esse ut Deus det, aut paratus fit dare auxilium sufficiens ad vitanda omnia collective, sed fatis esse, ut det auxilium ad vitanda omnia divisiva, & seorsim, ac in particulari; nam peccata semper se offerunt vitanda divisiva, & seorsim, ac in particulari, non vero simul & collective. Solutio est D. Thomae supra q. 74. art. 3. ad 2. ubi sic ait: Corruptio fomite non impedit quia homo rationali voluntate potest reprimeri singulos motus inordinatos sensualitatis, si praesentia, quia advertendo cogitationem ad alia. Sed dum homo cogitationem ad aliud dvertit, potest etiam circa illud aliquis inordinatus motus insurgere; sicut cum aliquis transire cogitationem suam a delectationibus carnis, volens concupiscentia motus vitare, ad speculationem scientiae, insurgit quandoque aliquis motus inanis gloriae impraveditatus; & ideo non potest homo vitare omnes huiusmodi motus, propter corruptionem praedictam; sed hoc solum sufficit ad rationem peccati voluntarii, quod potest vitare singulos. Idem docet hic art. 8. in corp. his verbis: Huius (scilicet appetitus sensitivi) motus singulos motus insurgere potest (& ex hoc habent rationem peccati & voluntarii) sed non omnes. Idem 3. contra Gent. cap. 160. (inquit) ille qui est in peccato, non habet hoc in propria potestate quod omnino vitet peccatum, habet tamen nunc vitare hoc vel illud peccatum: unde quodcumque committit, voluntarie committit, & in non immerito ei imputatur ad culpam.

331 Dices: Homo iustus non solum tenetur vitare singula peccata venialia, sed etiam omnia collective: Ergo cum nullus teneatur ad impossibile, opus est ut omnia venialia collective vitare possit, saltem cum auxilio gratiae, quod Deus fit paratus conferre.

332 Respondeo non dari preceptum respiciens omnia venialia collective: est enim in Scriptura praecipitur in communi ut non peccemus, hoc tamen praecipitur ratione singulorum peccatorum, quae tenentur vitare, quia (ut supra dicebamus) peccata semper se offerunt vitanda divisiva & seorsim, non vero simul & collective. Adhuc aliqui quod ut homo possit a Deo obligari ad totam collectionem peccatorum venialium vitandam, sufficit quod ad illam habeat potentiam physicam in vi gratiae, ex communi lege paratae, & ad singula collectionis potentiam moralem.

333 Instabis: Homo habet naturalem necessitatem existendi in aliquo loco indeterminate, cum libertate existendi in hoc vel in illo determinate, & tamen non potest obligari ad non existendum in aliquo loco; & si de facto prohiberetur illi alicubi existere, non peccaret alicubi existendo, propter illam necessitatem: Ergo pariter si homo in statu naturae lapsae habeat necessitatem incidendi in aliquod peccatum veniale indeterminate, est quolibet in particulari possit vitare, non poterit obligari ad non peccandum venialiter.

333 Respondeo concessio Antecedente, negando consequentiam, & paritatem; duplex enim inter illud exemplum, & id de quo agimus, reperitur discrimen. Primum est, quod ex natura rei est necessarium hominem existeri in aliquo loco; hoc enim provenit ex natura corporis, quod nequit esse extra omnem locum: at vero necessitas incidendi in aliquod peccatum veniale, non oritur ex natura rei, nec ex parte ipsorum peccatorum (illa enim sunt secundum se nata vitari) sed provenit ex infirmitate nature, per peccatum originale corrupta: effectus autem dum aliquem obligare ad aliquid, secundum se & ex natura rei impossibile, sive prohibere quod necessarium & ex natura rei debet evenire, secus vero id quod secundum se non est impossibile. Secundum discrimen est, quod in exemplo adducto illud commune quod necessitas, semper est conjunctum, exercitio circa aliquod singulare determinatum; quilibet enim in exercitio in aliquo determinato loco existit, sique duplex est sibi necessitas, una circa commune, & altera circa continuum exercitium aliquis particularis: At vero in nostro casu est una tantum necessitas ad peccatum ut sic, sed non ad existendum continuo in exercitio alicujus peccati venialis, & ita datur perfecta libertas circa singula peccata venialia: cum tamen in exemplo adducto non sit omnino perfecta libertas circa singula.

334 Urgebis: Injusta esset lex que precipere reddi plura tributa, quorum singula reddere esset possibile, non vero omnia collectivè: nam ideo Hebræi conquerebantur Exodi 5. *Alia non dantur nobis, & lateres similiter imperantur: ex famuli tui flagellis cedimus, & injuste agitur contra populum eum.* Ergo similiter, si cum auxiliis gratia que de lege communi conceduntur, non possimus omnia peccata venialia collectivè vitare, injusta erit lex Dei, que omnia collectivè vitari precipit.

335 Confirmatur: Deus non potest precipere Angelo, ut in omnibus collectivè instantibus sit possibile, unum actum dilectionis eliciat, quia licet moraliter sit possibile elicere talem actum in singulis instantibus divinis, non tamen in omnibus collectivè: Ergo neque poterit precipere ut vitemus omnia peccata venialia collectivè, si tantum divise id possimus; & si precipit, est si- gnium quod possimus.

336 Ad instantiam responderetur, concessio Antecedente, negando consequentiam, & paritatem: est enim manifestum discrimen inter illud exemplum de tributis, & id de quo in presenti agimus: quia soluto uno & alio, per continuum solutionem exhauriuntur opes, & tandem deficit potentia physica & moralis ad solvenda reliqua, etiam divisa: hic autem postquam vitavimus unum peccatum veniale, non exhauritur potentia physica & moralis ad vitanda alia divise, sed potius periclitatur & arguitur.

337 Ad confirmationem negatur etiam consequentia & paritas: differentia est, quia vitari omnia peccata venialia collectivè, est possibile physice, seu absolute & simpliciter, & solum impossibile moraliter & secundum quid: at Angelum in omnibus collectivè instantibus unius horæ elicere unum actum dilectionis, est simpliciter impossibile, quia alias numerarentur sigillatim infinita instantia horæ: de quo in 3. physico.

338 Ex his intelligis quid sit dicendum de eo, qui vovet se non peccaturum venialiter per totam vitam: si enim promittit vitare omnia peccata venialia collectivè, & tale votum erit inane & irritum, quia est de re moraliter impossibili, sine speciali auxilio seu privilegio, quod Deus non est paratus omnibus dare, si vero intendat solum se obligare ad vitanda singula venialia, votum tenebit, cum illud sit physice & moraliter possibile, cum auxiliis gratia que de lege ordinaria conceduntur.

§. III.

Alia difficultas exponitur.

339 Deo tertio, privilegium vitandi omnia venialia collectivè, Beatissima Virgini fuisse concessum, non vero alicui alteri Sancto: licet aliqui speciale privilegium habuerint vitandi omnia venialia collectivè in aliquo certa & determinata materia.

Prima pars est certa de fide, definita in Tridentino sess. 6. can. 23. supra citato, ubi asseritur Ecclesiam semper ita fuisse. Eam etiam docent S. August. cap. 36. de natura & gratia, & D. Thomas 3. p. q. 27. art. 3. & 4. omnesque ejus Interpretes ibidem.

340 Secunda pars vero, que asserit privilegium istud nulli alteri Sancto fuisse concessum, & que est contra Catharinum lib. 2. de predestin. ubi docet quosdam viros Sanctos, quos appellat insigniter predestinatos, a mortali & veniali per totam vitam fuisse preservatos, quod specialiter asserit de Jeremia, & S. Joanne Baptista, qui fuerunt sanctificati in utero matris: hæc, inquam

secunda pars conclusionis probatur, & simul impugnat opinio Catharini: Tum quia sine maximo fundamento, ex Conciliis vel Patribus desumpto, nullus est excipiens ab illa regula generali Scripture: *Nam est homo qui non peccet*; nullus autem sanctorum, nequidem Jeremias, vel S. Joannes, a Conciliis, & SS. Patribus ab illa regula excipitur: Tum etiam, quia exceptio firmat regulam in oppositum: unde cum Concilium Tridentinum, & D. Augustinus, locis citatis, ab illa communi regula solum B. Virginem excipiant, dicendum est omnes alios in ea includi.

Confirmatur: Si aliquibus sanctis tale privilegium esset concessum, maxime Apostolis, qui primitias spiritus acceperunt (ut inquit Paulus ad Roman. 8.) & ad majorem dignitatem inter ceteros sunt electi, ut scilicet immediatè accipientes a Christo, aliis traderent qua pertinent ad salutem, ita ut in eis Ecclesia quodammodo fundaretur, ut ibidem ait S. Thom. Sed illi privilegium vitandi omnia venialia non habuerunt, etiam post acceptum Spiritum Sanctum; cum ab eo tempore in levitia peccata incidere, ut patet de Petro qui fuit reprehensus a Paulo, quia reprehensibilis erat, ut ipse inquit ad Galatas 2. Ergo nulli Sanctorum, præterquam B. Virginem, privilegium vitandi omnia venialia fuit concessum.

Quod vero probabile sit, aliquos Sanctos habuisse privilegium vitandi omnia venialia in aliqua certa & determinata materia (ut in tertia parte conclusionis asseritur) patet: multi enim pie existant D. Joannem Baptistam fuisse immunem a peccatis venialibus que sermone committitur, puta mendacis, vaniloquis, seu verbis otiosis, quia illi specialiter repugnat officio predicatoris & Precursoris. Unde Ecclesia in eius hymno decantat:

*Antea deserti tenoris sub annis,
Civium turmas fugiens perterritus;
Ne levi saltem maculare vitam
crimine posses.*

Similiter tunc pie credunt, B. Josephum habuisse privilegium non peccandi etiam venialiter in materia castitatis, saltem ab eo tempore quo B. Virgini fuit desponsatus; decebat enim sponsum hujus purissimæ Virginis, cum qua familiariter conversabatur, esse purissimum, & omni profluo libidinis motu carere. Refert etiam D. Gregorius lib. 2. Dialog. cap. 20. Benedictum nunquam sensit rebellionem carnis, postquam se inter spinas volutavit. Quod pariter de Angelico nostro Doctore asseritur, ab eo tempore quo ab Angelis castitatis cingulo fuit præcinctus. Illam etiam nunquam peccasse venialiter in materia superbia Ecclesia aperte declarat, dum in ejus officio, illius encomia celebrans, capit.

*O munus Dei gratia!
Vincens quodvis miraculum,
Pessifera superbia.*

Contra primam partem conclusionis, in qua diximus privilegium vitandi omnia venialia collectivè, B. Virgini fuisse concessum, objici potest: B. Virgo recitabat orationem dominicam, subindeque hæc verba: *Dimitte nobis debita nostra*, vere pronuntiabat: Ergo habebat aliqua peccata venialia, que sibi dimitti possalabat. Unde Chrysostomus homil. 45. in Matth. docet illam ex motu ambitionis, seu vana gloria Filio suo dixisse: *Vinum non habeo.* Et D. Augustinus lib. questionum novi & veteris testamenti quest. 73. videtur docere, eam habuisse in morte Christi dubitationem fidei.

341 Respondeo quod B. Virgo orans nomine totius Ecclesie, vere dicere potuit: *Dimitte nobis debita nostra.* Vel quod potuit hanc precationem facere in persona propria, quatenus nempe peccata dicuntur nobis dimitti, a quibus Dei gratia preservamur. Hinc memorabilis illa Augustini sententia 2. confess. capit. 7. *Gratia tua Domine deponit quod peccata mea tanquam glaciem solvisti; gratia tua etiam deponit quæcumque mala non feci: omnia dimissa mihi esse facit; & quæ mea sponte feci: & quæ te duce non feci.*

Ad Chrysostomum respondet D. Thomas 3. p. quest. 27. art. 4. ad 3. ipsum vel excessivè quantum ad hoc, vel hoc dixisse sequendo aliorum sententiam. Ad Augustinum vero respondet ibidem ad 4. illam esse intelligendum, non de dubitatione circa fidem culpabili, sed de stupore quodam ex admiratione causato, quo verum Deum in carne assumpta pati & mori mirabatur. Addo quod licet ille questionum novi & veteris testamenti non est Augustinus, ut in Tractatu de statibus nature humane ostendimus disp. 1. art. 3.

ARTICULUS VIII.

Utrum ad finaliter perseverandum requiratur speciale donum, a gratia & auxiliis eam concomitantibus distinctum, & in quo formaliter consistat?

§. I.

Quibusdam præmissis, referuntur sententia.

346 Notandum primo cum D. Thoma hic art. 10. & 2. s. q. 137. art. 4. perseverantiam dupliciter sumi; uno modo pro habitu virtutis inclinante voluntatem ad perseverandum, seu non desistentem in bono incepto; alio modo pro ipso actu perseverandi, seu ipsa actuali executione perseverantia. De perseverantia primo modo sumpta eleganter disserit B. Bernardus in quadam Epistola, ubi sic eam describit: *Perseverantia est unica filia Summi Regis, suis virtutum, eorumque consummatio, totiusque boni repositorium: & virtus sine qua nemo videbit Deum. Absque perseverantia, nec qui pugnas, victoriam, nec victor palmam consequitur, Epist. 129.* Hæc ne dum nuxit ad meritum, sed etiam mediatrix ad premium. Soror est patientia, constantia filia, amica pacis, amicitiarum nodus, unitivitas vinculum, sanctitatis propugnaculum. Tolle perseverantiam; nec obsequium mercedem habes, nec beneficium gratiam, vel laudem fortitudo. Denique, hæc sola (ut dicit Augustinus) informat meritum, remunerat currentem, coronat pugnantem, & cunctos ad portum conducit. Unde Gregorius Magnus lib. Moral. cap. 20. *Incessum* (inquit) bonum agitur, si ante terminum vite deseratur: quia & frustra velociter currit, qui priusquam ad metas veniat, desinit. Hinc est enim quod de reprobis dicitur: *Va qui perdidit se dicitur usque in finem, sicut inter fratres justos perseverantibus; nam quid est talis tunc, nisi actio consummata? Quasi presentia tunc talum corporis operis, cum bona actio ante Dei oculos usque ad vitam non terminum regit. Hinc est quod per Moysen caput & caudam hostia in altari offerre precipitur, ut videlicet omne bonum quod incipimus, etiam perseveranti sue compleamus.*

Observant etiam aliqui Scripturæ Interpretes, quod olim Deo offerrebantur, non tantum primitie, sed etiam & decima, quia ab ipso non tantum est inchoatio bonorum operum, per primitias significata, sed etiam perseverantia in eis, designata per decimas. De quo vide Glossam Genes. 14. ad illa verba: *Et dedit ei decimas.*

347 Notandum secundo, quod perseverantia sumpta pro actu, potest sumi dupliciter: vel pro continuatione in gratia longo tempore, abstrahendo ab hoc quod continuatur usque ad mortem: vel pro permanentia in gratia usque ad finem vite inclusive, que Perseverantia finalis appellatur. De perseverantia primo modo sumpta egimus supra art. 6. conclus. 3. ubi ostendimus hominem justum, ut dia ablineat a peccatis mortalibus, & in bonis operibus perseverat, præter gratiam habitualem, indigere speciali auxilio: unde supersit nobis hic agendum de finali perseverantia, de qua S. Doctor articulo ultimo hujus questionis disserit. Sed

348 Notandum tertio, quod perseverantia finalis potest esse duplex. Prima quando quis brevi tantum tempore in gratia perseverat, sed tamen quia in hoc brevi intervallo contingit eum mori, dicitur in finem usque perseverasse: quo sensu homo laicus in gratia perseveravit, licet modico tempore in ea fuerit. Secunda est, quando quis longo tempore in gratia perseverat, & eam usque ad finem vite inclusive conservat.

His præmissis, & relicto errore Pelagii & Cælestii, asserentium hominem ex viribus nature posse perseverare in gratia usque ad finem, cum ex naturalibus possit non peccare, & omnia legis mandata observare, ut refert D. Augustinus Epist. 94. tres circa propositam difficultatem reperio sententias.

349 Prima est Mailienensis, qui dicebat gratiam quidem esse necessariam ut homo perseveret usque in finem, eam tamen non esse distinctam, sed eandem numero cum gratia que quis potest perseverare, atque adeo dari omnibus donum perseverantia, etiam si actu & de facto non perseverent. Ita de illis refert Hilarius Arelatenensis in Epistola ad Augustinum, cujus verba infra referemus.

Secunda est quorundam Catholicorum, qui licet admittant requiri speciale donum ad perseverandum finaliter, quando quis longo tempore ante mortem in gratia perseverat, secus tamen quando brevi tempore post acceptam gratiam eum mori contingit. Unde illi non existant requiri speciale donum ad perseverantiam, præcisè ex eo quod est finalis, & conjunctio mortis cum gratia, sed solum ex eo quod est diuturna. Ita docet Andreas Duvalius Doctor Sorbonicus, in Tractatu de gratia q. 1. art. ultimo, citans pro hac sententia Driedonem & Vegam.

Theol. Genes., Tom. IV.

Tertia sententia asserit necessariam quidem esse specialem gratiam ad perseverandum, in statu nature corrupte, non tamen in statu integritatis, seu innocentie. Hanc insinuat Curjel hic dub. 2. §. 4. ubi ait: *Primum hominem indiguisse auxilio gratia, dante ei posse, non tamen infallibiliter perseverare, eamque ex professo docet Innocentius variis in locis, asserens Adamum in statu innocentie, præter auxilium debitum integritati nature, & gratia habituali, dans illi posse perseverare, non indiguisse alio magis speciali ad perseverandum finaliter in bono.*

§. II.

Semipelagianorum error prohibetur.

Deo primo, ad actu perseverandum in justitia usque ad mortem, præter gratiam habitualem, & auxilia communia ei annexa, requiritur aliud donum seu auxilium speciale.

350 Probatur primo ex Concilio Arausicano 1. can. 10. ubi sic dicitur: *Adjutorium Dei etiam venatis & sanctis semper est implorandum, ut ad finem bonum pervenire, vel in bono possint opere perdurare: Ergo præter gratiam habitualem qua homines sanctificantur, & in Christo renascuntur, auxiliisque communia ei annexa, ad perseverandum finaliter necessariam est novum aliquod auxilium, quod a Sanctis quotidie est petendum & implorandum. Unde Trident. sess. 6. can. 22. sic ait: *Si quis dixerit justissimum sine speciali Dei auxilio perseverare posse, anathema sit. Et ibid. can. 16. Si quis, inquit: magnum illud perseverantia donum, &c. Quibus verbis hujus doni magnitudinem declarat, illudque proinde a communibus gratia auxiliis esse distinctum aperte significat.**

Idem docet Augustinus toto libro de bono perseverantia, contra Semipelagianos edito, idque probat tum variis Scripturæ testimoniis, tum etiam ratione desumpta ex orationibus fidelium & jurtorum: qui a Deo finalem perseverantiam humiliter petunt, cum dicunt in oratione dominica: *Adveniat regnum tuum. Cur* (inquit ibid. cap. 2.) *perseverantia ista postitur a Deo, si non datur a Deo? Nonne ista irrisoria petitio est, cum id ab eo petitur quod situr ipsum non dare: sed ipso non donante esse in homine perseverantia? Sic irrisoria est etiam illa gratiarum actio, si ab hoc gratia agatur Deo quod non donavit ipse, nec fecit. Unde ibidem perseverantiam, Magnum Dei donum, quo cætera ejus dona conservantur, appellat.*

351 Probatur secundo conclusio ratione quam habet D. Th. 3. contra gent. cap. 115. ubi sic dicitur: *Omne quod de se est variabile, ad hoc quod figatur in uno, indiget auxilio alicujus momenti immobili: homo autem variabilis est, & de malo in bonum, & de bono in malum; ad hoc igitur ut immobiliter perseveret in bono, indiget auxilio divino. Quam rationem paulo fassus expendit 2. q. 137. art. 4. his verbis: *Perseverantia dupliciter dicitur: uno modo pro ipso habitu perseverantia, secundum quod est virtus, & hoc modo indiget dono habitualis gratia, sicut & cetera virtutes insula: alio modo potest accipi pro actu perseverantia durante usque ad mortem, & secundum hoc indiget non solum gratia habituali, sed etiam gratuito Dei auxilio, conservantis hominem in bono usque ad finem vite. Quia cum liberum arbitrium de se sit variabile, & hoc ei non tollatur per habitualement gratiam presentis vite, non subest potestati liberi arbitrii, etiam reparati, ut se immobiliter in bono statuat, licet sit in potestate ejus quod hoc eligat; plerumque enim cadit in nostra potestate electio, sed non exercitio.**

352 Probatur tertio: Gratia habitualis datur pluribus cum auxiliis communibus ei annexis, ad bene operandum & persistendum in bono, etiam per longum tempus; qui tamen finaliter non perseverant: Ergo perseverantia finalis est donum speciale, a gratia habituali, & auxiliis ordinariis eam concomitantibus, distinctum. Antecedens est ita certum, ut plures sint reprobi, quibus major gratia habitualis, pluraque etiam auxilia sufficientia communicantur, quam multis prædestinatis, ut patet in illis reprobis, qui postquam longo tempore in bono etiam non tepide perseverant, occulto postea Dei judicio, in aliquod peccatum mortale labuntur, & in eo moriuntur: & e contra in illis prædestinatis, qui post multa scelera perpetrata convertuntur, & vi Sacramenti Penitentia, cum sola attritione justificantur, & statim moriuntur, ut non infrequenter evenire creditur iis qui supplicio vitam finiunt.

353 Nec valet, si dicas, dari omnibus gratiam, & auxilia sufficientia, quibus possint usque ad mortem in gratia perseverare, sed quosdam iis bene uti, quosdam male, & ideo illos perseverare, non vero istos, ac proinde perseverare non esse donum a gratia & auxiliis ex parte Dei distinctum. Non valet, inquam, Primo quia hæc responsio aperte repugnat doctrinae August. lib. de corrept. & grat. cap. 12. ubi sic ait: *Tantum quippe S. Sancto accenditur voluntas eorum (scilicet Sanctorum) ut ideo possint, quia sic volunt, ideo sic volunt, quia Deus operatur ut volunt. Nam si in tanta infirmitate vitæ hujus, ipsi relinquere volunt, ut in adjutorio Dei, sine quo perse-*